e-codices

M euſ uicinuſ meo uiro q̄ liberum preb& locum
N on ecaſtor uiliſ emptus modiuſ q̄ uenit ſaliſ
Alco M uxor huc iam acceſſi in proxumum uxorem mea
Q ue iam ſi arceſſatur dudum ornata expectat domi
S ed eccam opinor arceſſit ſalue cleoſtrata
E t tu alcoſime ubi tua uxor. Al intuſ illa te ſi ſe arceſſas manet
N am tuuſ uir me orauit ut eam iſtuc ad te adiutum mitterem.
V in uocem. Cle ſine modo ſi occupata eſt. Al otium eſt
Cle N ihil moror moleſta ei eſſe nolo/ poſt conuenero.
Alc N on ornatiſ iſtic apud uoſ nuptiaſ. Cle orno & paro
Alc N on ergo opus eſt adiutrice. ſatiſ domus eſt ubi nuptiae
F uerint: tu̅ iſtam conuenibo. Cle nūc uale atq; iſtam iube
Alc Q uid ego nunc faciam flagitiū maxumum feci miſer
P ropter operam illiuſ hirqui improbi edentuli
Q ui hoc mihi contraxit operam uxoriſ pollicear foraſ
Q uaſi catille tum flagitium hominiſ qui dixit mihi
S uam uxorem hanc arceſſiturā ēē ea ſe eā negat morarier
A tque edepol mirum ni ſubolet iam hoc huic uicinę meae
V erum autem ultro uorſum eā mecum rationem puto
S ed quid eius eſſet mecum poſtulatio. Cle ibo intro
V t ſubducam nauim rurſum in puluinarium
I am hic eſt lepide ludificatus miſeri ut feſtinant ſeneſ
N unc ego illum nihil decrepitum meum uirum ueniat uelim
V t eum ludificem uiciſſim poſtq̄ huc deluſi alterum
N am ego aliquid contrahere cupio litigij inter eos duoſ
S ed eccum incedit at quom aſpiciaſ triſtem frugi cenſeas.

ATALINO. CLEOSTRATA.

S Tultitia magna eſt mea quidem ſententia hominem amatorem
V llum ad forum procedere in eum diem quoi q̄d am& in mundo ſi&
S icut ego feci ſtultuſ contriui diem dum adſto aduocatus quoida
C ognato meo. quem hercle ego litem adeo perdidiſſe gaudeo
N e me nequicq̄ ſibi hodie aduocauerit rogitare oport&
P riuſ conctarier adſit ne ei aīus necne adſit quem aduoc&
S i negat adeſſe exanimatum admittat domum ſ; uxorē ante ędeſ
E ccam ei miſero mihi metuo ne non ſit ſurda atq; haudiuerit
Cle A udiui ecaſtor cū magno malo tuo. Sta accedam propius

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 72v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/72v)